

finis decernimus sicut a Domino, et genitore nostro, A usque in petra de Gragio, et exinde subtus petra de sanctæ memoriæ domino Columbano, vel Attala concessum, vel traditum fuit ab omni parte per circuitum milliaria quatuor, seu culto, vel inculto, præter tantum medietatem putei, quodque suaserit decessor et genitor noster Agilulfus rex concessit, vel ligna ad incendendum inibi ad sales coquendas. Sed et quod vobis a Russone pro donatione, atque cum ditione evenit ea dono nostro in vestro monasterio confirmamus; sed etiam fines illos, quos superius nominavimus, basilicæ beati Petri vel vobis tribuimus habendi B usque in petra de Gragio, et exinde subtus petra de Pedena in costa antequam perveniatur ad digua, et per ipsam eorundem usque in fluvio Trevizæ. Quapropter dantes in mandatis omnibus ducibus, gastaldis, seu actionariis nostris, ut nullus eorum contra hanc præcepti nostri paginam ire quandoque præsumat. Quatenus pro salute, et stabilitate regni nostri dominum valentis die ac nocte deprecare. Scripsi ego Bonus notarius.

Datum Papiæ in palatio sub die 10 mensis Augusti, anno regni nostri feliciter 7, indictione 10.

ANNO DOMINI DCXV.

## SANCTUS ALPHANUS,

BENEVENTANUS EPISCOPUS.

### NOTITIA HISTORICA IN ALPHANUM.

(Ughelli, Italia Sacra, t. VIII, p. 16.)

Alphanus, Beneventanæ ecclesiæ episcopus, vixit anno Christi 615, ducis Arichis priui Beneventanorum anno 21; quod intelligi potest ex documento ejusdem Alphani renuntiationis jurium ecclesiæ sancti Martini, cujus verba infra exposita exstant apud Chron. Sanctæ Sophiæ.

Indictio et epocha annorum ducatus Arichis opportunè in hoc documento cadit in anno 615. Re-

gnare cœpit Arichis primus post Zotonem, salutis anno 591. Porro ecclesia illa sancti Martini ab Alphano immunis facta cessit post annos plurimos in proprietatem cælobi sanctæ Sophiæ, unde ipsum Alphani documentum inter alia exscriptum fuit in Sophiana Chronica, quæ Alphani memoriam ad posterum perennavit.

## SANCTI ALPHANI

BENEVENTANI EPISCOPI,

### CHARTA RENUNTIATIONIS JURIORUM ECCLESIE S. MARTINI.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, ejusque C sanctissimæ Genitricis.

Temporibus domini viri gloriosissimi Arichis summi ducis gentis Longobardorum, anno vigesimo quarto gloriosissimi ducatus, qui mense Martio, indictione quarta firmatus.

Nos dominus vir beatissimus hujus sanctissimæ sedis Beneventanæ Alphanus reverendissimus episcopus, ob solutionem ecclesiæ sancti Martini, tibi Trasemundo Schuljachis, qualiter tu nominate Trasimunde ipsam sæpius dictam ecclesiam a novo fundamine, usque ad culmen consecrationis perducere visus es in tuo proprio territorio, loco qui vocatur Monabonionis, qui case videtur in Buente loco, canonica ratione absolvimus eam prædictam eccle-

aiam, ut non presbyter, diaconus, vel subdiaconus habeat potestatem eam dandam in plebutea parte esse voluerunt, aut subtrahendam, per quemlibet titulum, excepto presbytero, quem tu, nominate Trasimunde, vel tui hæredes per tempora, ordinare solveris, ipsa jam facta ecclesia, nobis, vel nostris successoribus in nominatam sanctam sedem nostram pervenit consecrandus, secundum canonicam sanctionem: nam aliam nullam rerum habeat potestatem dandi ea, neque a me Alphano Domini gratia episcopo, neque in posteris meis nunquam habeas aliquando aliquam requisitionem, aut reprehensionem de hac mea absoluteione; sed ex nunc, et usque in perpetuis temporibus, qualiter superius legitur, in ipsa ratione permanere valeat ipsa nominata ecclesia.